

si bene, & recte consideres totum discursum vite... magni parentis elia, nunquam eum invenies tot...

Paschaf Algerus.

D. Basil. Ex ssi. Etione elevatur iustus ad magnos fautores.

35.

tres illi pueri Sancti mittuntur in fornacem ignis ardentis ad eos liberandos, Angelus domini descendit cum Azaria, ac locis in fornacem, & exclusit flammam ignis, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantis, Daniel, 3. n. 49.

Dan. 3.

D. Chryso. solt.

QUAESTIO VI.

Quare suadens Christus D. Paulo in ultimo loco proponit, quod ei ibi multus sit populus?

36. Deus non strim commo- dum sum Psal. 97.

Primo talis modus loquendi est expendendus ait Christus Multus est mihi populus in hac Civitate, ait mihi tanquam in meum commodum, ac utilitatem, ad hujus rei gustum ait Regius vates...

D. Chryso. solt.

Paulus. Plus affi- mat no- stram sa- lutem, quam suam.

38. Philipp. 1.

ait ipse Apostolus ad Philipp. 1. n. 23. Coarctor est duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius permanere autem in

carne necessarium propter vos, & hoc confidens, scio quia manebo, & permanebo ad profectum vestrum. Tamquam inter duos terminos se coarctatum considerat apostolus, vehementer desiderat esse cum Christo, ut ejus praesentia congaudeat, aliunde videt, quod necessitas ecclesiae postulat, ut ipse permaneat in carne ad conversionem fidelium.

Paulus vult magis vivere, ut serviat, quam mori, ut fruatur. D. Anselm.

39. D. Aug. Plal. 54.

Paulus religius charitate

QUAESTIO VII.

Quare Christus D. non solum ait Paulo quod erit ejus protector sed etiam quod erit cum illo?

Ait Dominus Paulo: Ego tecum sum non solum, ut tantus protector, ac defensor, sed etiam tecum, & in te habitans; Nam in Sanctis Deus magnum, & amplum habet habitaculum, ait noster apostolus 2. Corinth. 6. n. 16. Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi in populum.

40.

1. Cor. 6.

Deus habitat in fideli. ut in amplo Palatio. v. Ambros.

41.

Exod. 15.

Et ad quid deus inhabitat, in ambulat in iusto, tanquam quod de nostro indiget; Minime sed ut nos repleat omni dono, & gratia, nosque faciat tanquam suum Sanctuarium. Cecinit Moyses. Exod. 15. n. 17. Plantabis in monte hereditatis tuae, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Sanctuarium tuum & Domine, quod firmaverunt manus tuae. Ecce ad quid Dominus habitat in te, ut virtute ac gratia faciat te Sanctuarium, ut te plantet in monte

Origen. Deus omnia sibi iusto ne quid illi desit.

monte hereditatis suorum electorū & ad hoc varias formas induit deus, agricola ut plantet. arce- flex, ut fabricet, ac erigat tabernaculum, & tanquam valde peritus operator, ut firmet, & corroboret. Origenes homil. 6. in Exod. sic ait: Tabernaculum non dicit manu hominis factum, sed manu Dei, quid ergo propter te deus, & plantat, & adificat, agricola efficitur, structor efficitur, ne tibi ali- quid desit, audi Paulum dicentem, Dei agricultura, Dei edificatio estis. Omnium forma deus induit, ut in omnibus, & per omnia suos impleat, eisque subveniat.

Act. 18. n. 12. Gallione autem Proconsule Achaiae, insurrexerunt uno animo Iudaei in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.

Versiones, CUM EXPOSITIONE III. à Vers. 12. Usque ad 18.

42. Achaia. Cicero. D. Chryso. solt. 43. Arabic. Ethiop.

Vers. 12. Gallione autem Proconsule, qui erat frater magni Senecae, de quo quaest. sequenti, & dicitur Proconsul Achaiae pro honorifico titulo; nam Achaia erat nobilissima Regio Graeciae, ut commemorat Cicero lib. 1. in Paulania; Unde Graeci dicuntur Achaia. Uno animo in Paulum. D. Chryso. concorditer.

44. Syriac. Vatabl. Pagnin.

Vers. 13. Sic persuadet hominibus colere Deum. Arabic. Cultu contrario legi nostrae. Ethiopic. Absque lege docet homines, Christum hominem colere contra legem tum Judaeorum, quae unum solum Deum invisibilem, & incorporeum venerari docebat, tum & romanorum, quae prohibet inconsulto Senatu novos Deos venerari ac colere.

45. Math. 27.

Vers. 14. Incipiente autem Paulo aperire os suum Syriac. Cum postularet Paulus aperire os suum. Vatabl. Pagnin. Cum jam pararet aperire os suum. Ad respondendum Dixit Gallio ad Iudaeos siquidem occurrit ipse, & pro Paulo respondet. Siquidem estet iniquum aliquid. Syriac. Si de quopiam malo, frande, ac flagitio, ac si dicat, si Paulus accusaretur de aliquo crimine, v. g. furto vel homicidio. Recte vos sustinerem. Syriac. Reciperem accusationem vestram, & audirem.

46. Syriac. Arabic. Vatabl. Caiet.

Vers. 15. Si vero quae sunt de verbo, & nominibus, nam paulus affirmabat Christum Jesum esse verum Messiam, Iudaei negabant ita appellandum, & inde ait Gallio: Altercatio est de nominibus, & de lege vestra. Vos ipsi videritis, quia agnoscitis rationes, & fundamenta vestrae legis, quae ego ignoro, & ideo: Vos videritis, & est modus repellendi causam a se, sic Iudaei dixerunt Iudae: Tu videris, math. 27. n. 4.

47. Arabic.

Vers. 16. Et minavit eos à Tribunali. Syriac: Amandavit eos. Arabicus: Dimisit eos à praesentia sua, Vatabl. Allegit eos. Cajetan. Depulit eos, tamen verbum in nostra vulgata magna habet energiam. Minavit eos: Cum minis abire fecit ob importunitatem, & loquacitatem Iudaeorum.

Syriac. Ethiop.

Vers. 17. Apprehendentes autem omnes. Arabic Apprehendentes Catus Graecorum. Solthenem Principem Synagoga, de hoc Principe dicam q. sequenti Percutiebant. Syriac. Cadebant eum. Ethiopic. Verberaverunt eum, nempe Gentiles instigati à Judaeis tum quia cum esset Princeps Synagoga tam facile permisit suos abire à Tribunali, tum etiam quia valde frigidum, ac remissum se habuit in eorum

causa agenda, tandem quia agnoverunt eum propensum in Paulum, & animo iam Christianum.

48.

Vers. 18. Sustinisset dies multos, id est commo- ratus est ibi fratribus vale faciens. Syriac. Dedit pacem fratribus, navigavit in Syriam, nempe Ephesum quae est in Syria, qui sibi totonderat caput Paulus fuerat nazaraeus, & Iudaeorum leges jam erant absolutae per Christum, & de hoc infra.

QUAESTIO VIII.

Quare Gallio non reprehendit percutientes Pontificem, & quisnam esset?

Gallius germanus frater i. Annaei Senecae praecceptoris neronis teste ipso Seneca, de quo Baron. anno Christi 33. hic antea dicebatur M. Annæus novatus, sed adoptatus à L. Junione Gallio cum familia nomen ejusdem sumpsit, de quo late hic Gallio cum fratre Seneca datus est ad mortem, Seneca secuta in balneo vena, Jovi sanguinem suum ultimum libavit, Gallio propria manu se interfecit, ut scribit Eusebius in Chronic. anno Christi 66.

49. Baron.

Frater Seneca.

Euseb.

Ad rem nostram Optime Gallio se gessit, dum controversias de religione à suo Tribunali remonet, dicens Vers. 15. Iudaei ego horum nolo esse quem judices saeculares debent imitari, ut non se intromittant in rebus Ecclesiasticis, ac spiritualibus.

50. Non se intromitte in causis saecularibus.

Non tamen recte se gessit cum apprehendissent Solthenem Principem Synagoga, ut eum percuterent, & verberarent ante Tribunal, & nihil eorum Gallioni cura erat; quia talem injuriam valde injuste illatam, ut Proconsul debebat ex officio impedit, nisi dicas quod videns tantum furorem populi tumultuantem, timuit, quod si vellet obistere, insurgerent contra eum, & ideo dissimulans patienter sustinet, furor, & ira rationem perturbat, & nihil permittit attendere, ac considerare.

51.

Dedit la- cum ira

Cum meus Jesus exaltaretur in Cruce scribit D. Math. 27. n. 45. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam in qua expiravit Jesus, & tunc velum Templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum & terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta aperta sunt, cur tot, & tanta signa fiunt cum crucifigitur, & moritur Jesus, cur, non etiam quando comprehenditur, vel nudus verberatur: seu spinis coronatur, vel quando exiens bajulat Crucem vel ad primam Clavorum crucifixionem, sed cur expectatum est tempus, ut in Cruce exaltaretur, ac vitam exhalaret? Alta providentia divina datum est spatium, ut carnificus furor populi aliquid quantum mifereretur, ut posset attendere, & considerare tot, & tanta miracula, nam fervecente, ac tumultuante furore nullius rationis, ac considerationis erat capacitas. D. Chryso. homil. 10. de Passione ait: Post omnia vero, quae per insaniam, & furorem fecerunt, factum est, quando jam ipse furor cessavit, quando deridendo saturati sunt, quando contumeliando animum suum expleverunt, quando denique omnia ab ipsis dicto sunt, quae volebant, nunc tenebrae apparent, ut saltem tunc ira deposita, non nihil ab hoc signo consequerentur, caelestia, & rationabilia signa non dantur fervecente ira furore, quia tunc nil proficerent, sed quando iam remittitur, & quiescit, ut valeant ratione percipi, ut saltem tunc ira deposita non nihil ab hoc signo consequerentur.

52. Math. 17.

Animus iratus nihil di- vium, ac rationale percipit.

D. Chryso. solt.

QUÆSTIO IX.

Quare Sosthenes verberatur, & quisnam esset?

53. Multi volunt, quod iste Sosthenes idem sit ac Crispus de quo fit mentio supra vers. 18. de illo, ac de hoc vers. 17. uterque dicitur Archisynagogus, seu Princeps Synagogæ.

54. Tamen quod fuerint distincti, verior, & communior est sententia; nam Judæi in una, & eadem Civitate non habebant plures Synagogas, sed unam tantum, & in ea unus tantum erat Princeps, & non plures, deinde Paulus eos ut distinctos commemorat. 1. Corinth. 1. n. 1. Sosthenem tamquam socium scribendæ epistolæ, Crispum vero n. 15. ut ab eo baptizatum. Casus ergo contigit quod cum Crispus esset Archisynagogus Judæorum, & factus esset Christianus, ac discipulus exclusus est à Judæis à suo Principatu; & loco ejus electus fuit Sosthenes, nam hæc facta sunt post sex menses, à quo tempore Crispus exclusus est, ut observat Baron.

Volde dicitur. 1. Cor. 1.

55. Hugo. A quo verberatus. D. Chrysof.

56. Discipulus Pauli Martyr. Rom.

Nominis interpretatio.

57. Jerem. 1.

Deus dicitur verberatus, ut germinat virgum flores. Theod.

Carthuf. Hugo.

58. Joan. 15. Deus dicitur suis laboribus ad maiorem gloriam.

claros virtutum proventus, sic de Aeterno Patre differit d. Athanasius in disp. cum Ario habita in concilio Nicæno, & ait: Ambulans pater in vinea, hoc est in cellis animæ omnia purgata, & insolentia tollit, ne lignorum luxuries insolens fructum eorum non præferat, quem agricola desiderat. Sollicitus agricola luxuriantes, ac inutiles ramos amputat, ut bona arbor exuberantes fructus præferat. Vide supra c. 2. quæst. 26. n. 233. 234. 235. & cap. 5. q. 23. num. 189. 190. & 191.

D. Athanasius.

QUÆSTIO X.

Quare D. Paulus modo rotendit caput?

61. Ait noster Textus loquens de nostro apostolo Qui sibi rotendit caput; habebat enim votum. Aliqui Codices legunt in plurali rotenderunt sibi caput, & sic habet Æthiopic. Rasa fuerunt capita eorum, tamquam quod hoc referatur ad Aquilam, & rriseam.

59. Varii Codices. Æthiopic.

Sed sine dubio legendum est in singulari ordine ad D. Paulum, ita in singulari nostra Vulgata Græcus, Syriac, Arabic, D. Chrysof. Beda citans d. August. & d. Hieronym. & communiter alii multi, qui omnes tenent D. Paulum fuisse Nazaræum, cujus religionis observantia erant rigidissima, abstinendi scilicet à vino, non tangendi mortuum, & nutriendi comam, cum multis aliis, de quo latè lib Num. 6. ad hoc se voto obligabant, de quo dixi Opusc. 3. Resol. 5. q. 3.

Num. 6.

Cum D. Paulus esset religione Nazaræus jam Christianus, & apostolus factus propter vitandum aliquod judæorum scandalum, adhuc aliqua legalia observabat, ut vidimus cap. 16. de Circumcisione Timothei; quia ut optimè Lyran. Divinus Spiritus voluit, ut in primitiva Ecclesia illi, qui ex Gentilitate convertebantur, gentilitatis ritus omnino dimitterent, ut pote malos, & semper à Deo reprobatos: At qui ex Judaismo convertebantur, quamvis eorum ritus, ac caeremonia omnino cessassent, tamquam impleti per Christi passionem, ut pote à Deo instituti in figuram Christi quæ cessat adveniente veritate, tamen aliquando fuerunt permixti, ne aliquis crederet fuisse semper malos, & reprobatos à Deo, & paulatim, ac suaviter dimittenda fuerunt legalia & ad Christianas leges transcendendum. Vide supra c. 17. q. 10. n. 81. 82. & 83. Paulus cum esset professione Nazaræus per multum tempus, ac annos à sua conversione nutritisset comam more Nazaræorum, cum jam per multum annorum tempus veraretur inter Gentiles, & de Corintho transisset Ephesum, rasit comam, antiqua, & vetera abolens seque in omnibus renovatum in Christo ostendens ad tot, & tanta pericula eminentia superanda.

61.

Lyran.

Paulus paulatim animos disponit.

62. Paulus antiqua abiecit.

63. Joan. 10.

Cum innovatio ne minus tur omnia adversa.

QUÆSTIO XI.

Quare D. Paulus toties repetit Ierosolymam?

71. Quinquies meo videri venit Paulus Ierosolymam primo post suam conversionem trienio peracto Actor. 9. n. 26. Galat. 1. n. 18. an. Christi 39. Secundo pro illa controversia de circumfisione Actor. 15. n. 14. anno Christi 51. Tertio modo in præsentem anno Christi 53. Quarto, ut ipse testatur, Actor. 21. n. 17. Quinto existimo, quod sicut Alif Apostoli ex toto terrarum Orbe convenerunt Ierosolymam ad transitum Beatissimæ Virginis Mariæ, sic etiam noster facer Apostolus Paulus adfuit sive dicamus quod transitus Virginis fuerit anno Baroni Christi 48. ut vult Baron. eodem anno n. 6. vel. ut graves alii Authores anno Christi 58. plus, minusve de quo variæ sunt opinioniones.

71. Paulus quin quies repetit Ierosolymam.

Existimo ergo tot vicibus repetivisse Jerusalem ut visitaret illam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & etiam, ut visitans veneraretur illud sanctissimum Sacramentum totius Orbis cum esset in vis, vel etiam post mortem, ut inviseret illa loca quæ ipsa Sanctissima Virgo Deipara dignata est sua præsentia, ac tactu consecrare. Noster enim Apostolus erat addictissimus, & maxime obligatus sanctissimæ Virgini Mariæ, ejus enim conversio illius precibus facta est, ut dixi cap. 9.

72. Paulus visitans repetit Jerusalem.

Merito tamen quæres; si Paulus erat tam devotus, obligatus, ac adstrictus Virgini Mariæ, cur eam aliquando non nominat in suis epistolis, cum de multis aliis faciat mentionem, & sanctissimum nomen Jesu plusquam per trecentas vices in suis epistolis commemorat?

73. Cur Paulus de Virgine non meminit.

Respondeo hoc fecisse Apostolum alta, & supremè sapientia; nam sanctissimum, ac salutariter nomen Jesu in illo principio aliquibus, & maxime Judæis non erat gratum, & ideo Magistratus, ac principes præceperunt Apostolis ne prædicaret in nomine Jesu, Actor. 4. n. 17. & 18. & cap. 5. n. 28. & aliis locis, ideoque Apostolus, ut hoc sanctissimum nomen insinuaret, ac imprimeret in cordibus fidelium frequentissimè illud habebat in ore, ac in nomine hoc sanctissimo omnia dicebat, illud tantquam invocans.

74. Actor. 4. Act 5.

At sanctissimum nomen Mariæ omnibus erat gratum, suave, ac delectabile, ut in magna perfectione Stephani, Actor. 8. n. 1. nullus auderet contra eam aliquid moliri, ut jam notavi, tantaque est sublimitas, ac celsitudo hujus nominis M. quod nec Paulus, nec Petrus, nec Jacobus, nec Joannes, nec Judas Apostoli in suis Epistolis præ humilitate se abstinerunt, & tam venerabile Mariæ nomen nunquam pronuntiarunt, ac dixerunt, cum alias essent devotissimi, ac adstrictissimi sacratissimæ Deiparæ. Hoc ab Angelis sacri apostoli acceperunt.

75. Ob venerationem sacri Apostoli non dicunt in suis epistolis.

Cum ascenderet sacratissima Virgo in Cælum, ut communis est vox Patrum, mutuo interrogant Sancti Angeli inter se, Cantic. n. 6. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut Luna electa, ut Sol, & tandem cap. 8. n. 5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, immixta supra dilectum suum, ter interrogant Angeli quæ est ista, cum rectè nomen scirent, cur illud non dicunt, ac pronuntiant? quia volebant audire à respondentibus nomen Mariæ, ut illo audito delectarentur, ac jucundarentur. Richard. de S. Laurentio lib. 3.

76. Cant. 3. Cant. 6. Cant. 8.

valde dulce nomen Mariæ. Richard. de S. Laurentio.

Theoph. ac morum. Theophylact. apud Thom. ait: Sarges tu quoque, dum hiems imminet, id est vita præsens turbidibus iniquitatis concussa, spirituales encarnias tui Templi celebrari semper renovando te ipsum.

64. Hinc David clamans postulabat à deo Psal. 50. n. 12. Spiritum rectum innova in visceribus meis. Rectum, ut multi legunt; Fortem, stabilem, hunc quem habui in mea pueritia, ac juventute, nunc iterum modo in me reviviscere facias, exponunt d. August. noster Incognitus.

65. Angelus Sanctus vigil clamat de Cælo apud daniel. 4. n. 20. Succidite arborem, & dissipate illam; attamen germen radicem ejus in terra dimitte. In arbore omnia amputantur rami, folia, fructus, cur solum germen radicem permittitur permanere in terra? Lyran. Ad spem, Glossa moralis significat Vide supra c. 1. q. 21. n. 142. 143. Liberum arbitrium cum potestate revertendi ad bonum, & juxta Agricolæ arbor, quæ ex amputatis ramis pullulat, elegantiores, ac pulchriores fructus germinat.

Lyran Glossa.

66. Actor. 18. n. 19. Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit, ipse vero ingressus Synagogam disputabat cum Judæis.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE IV.

à Vers 19. usque ad 23.

66. Vers. 19. Dicitur Ephesum. Arabicus: Devenit dicitur Ephesum quæ erat metropolis Asiæ Minoris, in quo extitit illud celebre diæna Templum, illos ibi reliquit, scilicet Aquilam, & Priscillam tamquam doctores, ut Ephesinos in Christi fide illuminarent. Disputabat cum Judæis, Syriac: Verba fecit. Ostendens per Scripturas Christum d. esse verum Messiam, & Salvatorem nostrum.

67. Vers. 20. Rogantibus eis: Flagitabant ab eo, ut amplius ibi permaneret ad ampliorem instructionem in fide, Non consensit. Assensum non præbuit quia volebat ad alium locum transire, ubi non erat prædicatum Evangelium ibi tamen ordinavit Magistros ad bonam illorum instructionem.

68. Vers. 21. Sed valefaciens dans eis pacem, & ad eorum consolationem addidit: Iterum revertar ad vos. Multa Græca exemplaria addunt: Oportet omnino festum, quod instat me agere Ierosolymam. Ita D. Chrysof. Oecum. Vatablus, Cajetan. Arias, & alii, & ideo Apostolus non poterat amplius ibi immorari.

69. Vers. 22. Et descendens ab Epheso Casaream ascendit Casaream Capadocia, inquit Rabanus Beda, Lyran. Ganæus, & alii, quia Apostolus usque modo nunquam pervenerat in Syriam, alii vero ut Caietan. Arias, Vatabl. Baronius, & probabilis tenent Casaream Palestinæ innixi in illa Glossa græca: Festum instat, oportet me agere Ierosolymam, si Apostolus acceleraverat suam viam, ut veniret in Jerusalem, ad quid divertit iter per Capadociam, quæ longius distabat, ergo ordinavit viam per Casaream Palestinæ, quæ erat veluti in via; salutavit Ecclesiam scilicet Ierosolymitanam de qua quæst. sequenti.

70. Vers. 23. Et factus ibi a quo tempore. Æthiopic. habet, Cum sedisset longum tempus scilicet in Antiochia confirmas Christianos per regiones, per quas ambulabat. Iterum revertitur in Asiam me

D. Chrysof. Oecum. Vatabl.

Raban. Beda. Lyran. Ganæus. Caiet. Arias. Vatabl. Baron.

70. Æthiop.